

man serui accepit · propter lapsus uidelicet nros ·
 suscipiens seruitutem · nec refugiens passionem; Alibi
 uiginti aureis emitur · alibi xxx · Quomodo enim po-
 terat uerum eius p̄tium comprehendere · cuius non potest
 meritum definiri; Erratur in p̄tione · quia erratur
 in studio; Viginti aureis in ueteri testamento uen-
 ditur · xxx · in euangelio · Pretiosior est enim ue-
 ritas · largior gratia quā disciplina · opimior lege
 p̄sentia · quia lex p̄misit aduentū · legem aduentus
 impleuit; Viginti aureis emunt israhelites · xxx ·
 iudei; Nec hic figura mediocris; Ad sacrilegium
 p̄fidi largiores · quā ad salutem fideles sunt; Nri
 usq; tamen contractu · considerari conuenit quali-
 tatem; Viginti aurei p̄tium seruitutis · triginta au-
 rei · crucis sunt; Quamuis enim similimodo assumpti-
 onis & passionis · non minoris quidem aestimo scē uir-
 ginis partum · sed gratius sumo benedicti corporis
 sacramentum; Quid elementius · quā quod mihi suas
 donauit iniurias · pleniū tamen ē quod tantum
 contulit nobis; ut qui mortuus non erat qui ad-
 erat · nra ille morte moreretur · ut nos eius spū